

A & miss& typis editorum sunt admodum tenuja, & levia, ... leviter, & denudato. Quoniam vero libri, hoc est tenuiores arborum cortices, chartarum olim usum praebebant, codices ex istis corticibus compacti libri, & Sepharim, & liber, & βιβλος, in singulari dicti sunt. Sepher autem derivatur a verbo Sephar, numeravit, ordine recensuit, per circumlum narravit aliquid, ordine, & deductis rationibus deposuit. Hinc in omnibus ferè linguis Sephora, id est litera, numerus: Gall. chiffre, vel chiffrier, & déchiffrier, id est litteras confusè dispositas, rationes obsecutas evolvere, & disponere. Sepher, liber ex litteris ordine collatis conficitur, Sepharoth, numeri ex quibus arcana componuntur apud magnates epistole. Vide 1. Reg. 2.8. & 2. Reg. 5.5. & Psal. 71.15.

Ceterum, ut paulo ante dicitur, veteres loco librorum membranis utebantur, quas in cylindrum convolvebant ad caput vel initium libri, id est, membranae, easque cum legere vellet, revolvebant, & instar tabularum Geographicarum explicabant. Unde Hebraeum megalat, tam voluminis, sive libri caput & initium, quam ipsum volumen quod volvebatur significat, à radice galal, quod est volvere.

B LIBRORUM ENCOMIUM, PRAESTANTIA, AMOR, PUTA, STUDIUM.

Platonis elegans scitum est, libros liberis chariores tanto esse oportere, quanto filii mentis praestantioris corporis, 1.7. epist.

Unde quamvis tenui pecunia esset, tamen fertur emisse tres Philolai Pythagorici libros decem nullibus denariis, quod pretium ferunt et donasse Dionem Syracusanum amicum.

ARISTOTELES quoque creditur libros pauculos Speusippi tribus talentis Atticis emisse, quorum summa sit apud Romanos ns. duo & septuaginta millia. Aulus Gell. 1.7. c.17.

De Alcibiade indignante, quod Ludimagister quidam nihil Homeri penes se esse diceret, & colaphum ipsi infligente, dicemus infra ex Aliano lib. 15. var. hist.

PLATO tanquam probavit libros à Sophrone Syracuso Agathoclis filio mimographo scriptos, antea neglectos, ut primum Athenas invexerit, quæstumque ex eis duxerit, eodemque etiam domiens, & mortuus capiti suppositos habuerit, teste Diogene Laertio.

Tanti fecit Pindarum poetam lyricum antiquitas, ut Alexander M. cum Thebas vastaret, Pindari ædibus inscripserit, ut Dion testatur; Πινδαρου τῶν ποικίλων ἔργων μὴ ναυῆται hoc est, Pindari tectum ne cremate.

ÆLIUS VERUS Cæsar adoptatus ab Adriano, ut post eum esset Cæsar, libros amorum semper in lecto habuit, & Martialis epigrammaticum poetam Virgilium suum dixit. Alian. Spart. in Ælio Vera.

CYPRIANUS lectione Tertulliani quotidie utebatur, illumque vocabat Magistrum. Niceph. Callistus 1.5. hist. c.34.

CAROLUS M. delectatus est valde libris D. Augustini de Civitate Dei, quos sibi legi, & historias inter cœnandum curabat, ut ait Cranz. lib. 2. De Civitate Dei, cap. 8.

ALPHONSUS rex Hispaniarum semper in omni expeditione commentaria Julii Cæsaris tulit. Idem etiam librum apertum pro insigni gestavit, quod bonarum artium cognitionem maxime rebus convenire intelligeret, quæ videlicet ex librorum cognitione atque evolutione perdisceretur. Anton. Panormit. lib. 2. de dilectis & factis Alfonso, c.13.14. & 15. ait, eundem ita fuisse librorum studiosum, ut milites in direptione urbium, si quos libros comperissent, ad eum deferrent.

Idem gloriabatur, se Biblia sacra quater & decies cum glossis & commentariis perlegisse, ut refert idem Panorm. 1.2. c.7. & lib. 4. cap. 3. refert, illum cubasse libris in sponda positus, solumque dicere, se male uniones, & margaritas suas perdere, quam qualemcunque librum.

Nullum esse librum tam malum, qui non aliqua sui parte prodesse, dicebat Plinius. Quo factum, ut Pius Pontifex ejus nominis V. dum apud eum quispiam magni pretii gemmas supra modum extolleret, manu in libros extensa diceret: En in his veræ gemmæ. Beyerl. in Apoph. Christian.

Nec minus laudabile est quod de Archipræsule Toletano Martino Siliceto, præfatu suo testimonio adfirmat Andreas Schottus Societ. Jesu. Presbyter. Ille enim ut erat prudenter scientia clarissimus, unde & studiorum Philippi II. Hisp. Regis Catholici Magister institutus, dum ad bibliopolarum tabernas librorum comparandorum gratia se conferret, haud unquam passus eos per famulos deferri, quin ipse fuisset bra-

chiis dulce onus sustinebat. Urgentibus vero amicis, aliis concederet; Non fecero, respondebat: Libri me honorant, quidni eos vicissim gestando honorem? Idem ibid.

Idem de quo supra, Alfonso Aragoum rex, percontanti, quinam forent optimi consilarii; Mortui, inquit, libros designans; ab his enim sine metu, sine gratia, quæ nocte capimus, fideliter audimus. Æn. Sylv. de dilect. eiusdem.

Idem, cum de Neapolitana arce restauranda cogitaret, Vitruvii de Architectura librum ad se deferri iussit. Qui cum totus incomptus, & illigatus deferretur; Non decet, inquit, librum hunc, qui nos, quo modo contemgamur, instruit, detestum esse. Quare cum usui coaptari, & decenter vestiri mandavit. Panorm. lib. de gest. eiusdem.

Aliud insuper de Laurentio Medice, à V. C. Joan. Brantio Urbis Antuerpiensis Senatore, ex eiusdem oratione funebri observatum adjungo. Ille enim tanto amore libros, & librorum cultores profectus, ut sepe nemerò auditus sit dicere: Optarem ea mihi à Nicolao Leonico, & Joanne Pico (viris probitate ac eruditione conspicuis) addi incantamenta ad libros emendos, ut necessarii deficientibus, ipsam tandem suppellectilem oppignorare compelleret. In divite librorum suppellectile gaudebat, quorum non in plerique tantum spectaculo, sed & studio perfruebatur. Beyerl. incho. supra.

Quis Morum, unicum ingratis Britannis ornamentum, & decus, præterea? Carceri inclusus, quod Henrici VIII. impis decretis dissentiret, totos dies revolvens piorum scriptis transigebat. Invidit rex improbus, & librorum copiam cripi mandavit. At ille obleratis fenestris soli Deo vacabat. Percontantique, quid ita in tenebris moraretur? Quid me agere vultis, inquit? nonne sublatis mercibus claudenda est officina? Libros merces appellat, quod per illos quasvis dignitates, & honores mereatur. N. Sand. 1. schism. Angl. Th. Stap. in Vita.

Quanto vero amore vacas hac eruditionis omnigenæ merces profectus fuerit V. C. Henricus Ranzovius, R. Danie ab intimis Consil. testantur hendecasyllabi, quos ipse inscripsit.

Salvete avolei mei libelli, Mea delicia, mei lepores, Quam vos esse oculis suat videre, Et ritos manibus tenere nosstris! Tot vos eximii, tot evaditis Prisci lumina seculi, & recentis Consecere viri, suasque vobis Auspici credere lucubrations, Et sperare decus pervenisse scriptis. Neque hæc irrita spes fecerit illos, Vestro præsidio per universum Ævo perpetuo leguntur orbem, Doctoremque volant per ora clari. Vos estis requies honesta mentis, Incunda ingenii bonis voluptas, Rebus persurgimus minus secundis, In lætis decor, & nitore resurgens. Vos etate puer virente, magno Sum complexus amare, nunc vir autem Multo prosequor impotentiore. Et quam fata diu sinent amare, Vobis immoriar mei libelli, Ac cum rege lubens facebor illo Alfonso egregio, esse chariores Vestras divitiis mihi, benigna Quam fors, quas mihi contulit caducas. Salvete avolei mei libelli, Salvete ex quibus hæc mihi voluptas Ævum percipitur per omne gratia. Quam vos intueor libenter, & quam Lubens colloquor! Equid estimandum est Curis esse beatius soluti.

Refert Natam Cylthraus in Delit. sui Itin.

Julianus Imperator Apostata in hoc laudandus, utinam & aliis omnibus talis, quod librorum lectione animum assidue laxaret, ut constat ex eius oratione ad Eusebium Imperatorem, cujus fragmentum his libellulis. Ita nam inter alia scribit: Etenim libros Philosophorum, atque optimorum Historicorum, & Oratorum quam plurimorum, ac Poetarum brevi revivenda domus spes me, ac desiderium sustentabat librorum, inquam, tot illa mihi dono dedit, ut cupiditatem omnem meam exlerem, quæ illorum lectione satari non posset; Galliam

verò

A verò ac Germaniam Græcorum mihi librorum Musæum efficeret. Quibus ego donis assidue defixus, quotiescumque per otium licet, ejus unde ista accipi, oblivionem capere non possum. Quin etiam si aliquando in expeditionem proficiscor, unum ex his aliquid velut militie commearum deporto, quod ad hoc ipsum accommodatè scriptum olim fuerit. Multa namque veterum prudentiæ, atque experientie monumenta cum arte scripta, clarum & manifestum rerum gestarum effigiem exhibent his qui per ætatem spectare ipsi nequiverint. Ex quo factum est, ut juvenes plerique majorem quam senes multum sentiantque animi canitatem habere: quodque unum hominibus ex senectute bonum suppetere videntur, experientia rerum, cuius beneficio prudentius aliquid juvenibus senex dicere potest, hæc juvenibus, qui quidem negligentes non fuerint, monumenta illa conciliant. Sed inest præterea in his egregia quædam morum institutio: modo aliquis optimos quosque viros, & orationes, & facta citat, vel exemplaria sibi proponens artifex ad ea fingere animum suum, & ad libros ac sermones accommodare. A quibus nisi omnino sit alienus, sed vel minima ex parte eorum in se similitudinem possit exprimitere, non parum inde fructus reperit. Quod cum ego sæpius apud me cogito, non absurdum in his institutionem ac disciplinam colloco; & quoties in militiam abeo, tanquam necessaria cibaria mecum illa defero, quorum multitudinem temporis ratio moderatur. Orat. 2. in Eusebium Imperatricem.

Claudebam hoc agmen, nisi alius ut genere, ita etiam hac laude nobilis intervenisset. Hic enim non ita pridem doctam hanc mercedem comparaturus, dum ad Bibliopolam venisset, & is moram solvendi pretii indulgeret, noluit eam sibi gratiam præstari, & in egregium illum sermonem erumpens: Parum, inquit, æquum id foret: Aliarum enim mercium, quæ solum corporis aut voluptati aut necessitati deserviunt, pretium honestè ac tuto differatur: at librorum, quibus animus ipse pacitur ac reficitur, præstantia, presentem pecunia componenda est. Ita verè Nobilitatis, quæ in sola eruditione & virtute consistit, cultores & magistrus (Libros appello) estimare doctus, alios tuomet, licet raro exemplo, ad imitandum provocabat. Beyerl. supra.

C LIBRORUM CULTUS, ORNATUS.

Ex quo litteris honor haberi coepit, etiam libri in pretio esse coeperunt, priusquam typi inventi essent, aut eorum ars in medium prolata. Primum libri omnes compingebantur in volumen, hoc est folia omnia uno ex latere intra bacillos duos complanatos convolvebantur, trajecto filo, ac tum circum bacillos volvebantur instar fasciarum. Volumen enim à volvendo dictum, scribit Isidor. 1.6. c.13. sicut pagina à litteris quæ in charta panguntur aut cera; id quod etiam Horat. in finem epist. 1. lib. 1.

In breve te cogi, Et Martial. lib. 11.

Vadas, sed redeas involutus. Imò volumina Græci cylindrosæ te vocarunt, ut patet in Epicuro Laert.

Mox bacilli illi non è ligno, sed è cornu polito fieri coepti, unde cornua vocati à Mart. 1.11. Epigr. 108.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum, De iisdem lib. 5. Epigr. 6.

Nigra pagina crevit umbilicus. Communiter enim dicti Umbilici, quod in medio essent ipsius voluminis circumvoluti, instar umbilici, qui medius est in corporibus, cuius etiam formam referebant, præcipue quando ad ornatum iis utrimque affigebantur bullæ quædam seu poma cornæ aut eburnæ, foris extra voluminis ora prominentia, ut Pierius observavit lib. 14. & Porphyr. in nota Horatii. Hinc Martial. lib. 1. Epigr. 67.

Nec umbilicus cultus, & c. Lib. 3. Epigram. 2.

Pisces luxuriis umbilicus. Lib. 8. Epigram. 61.

Nec umbilicus quod decernis & cedro. Quamquam Umbilicus subinde pro libri sine acceptus est Martiali & Horatio, ut Raderus notat.

Tum chartæ ad libros faciendos coeperunt magis quoque ex politi. A Fannio Romæ primum malleari charta coepit, ut Plin. scribit lib. 13. c. 11.

Deinde etiam pumicibus lavigati, ne scabrities manum

scribentis aut legentis oculum offenderet: unde Mart. lib. 8. E Epigr. 72. ad librum suum:

— asperoque Morfu pumicis aridi politus. Quod ferè Catullus descripsit lib. 1. carm. 1.

Arido modo pumice expoluitur. Item Horat.

Scilicet ut prostes Sofforum pumice mundus. Et lib. 1. Epigr. 67. Martialis:

Sed pumicata fronte si nondum est quisquam, Nec umbilicus cultus atque membrana.

Ubi indicat, non solum chartam, sed & librorum involucria membranacea, quæ frontes sunt, pumicibus fuisse lavigata, quod & Ovid. innuit:

Nec fragili gemine poliantur pumice frontes, Hirsutus sparsit vides are comis, Nec titulus nimio, nec cedro charta notetur, Candida nec nigra cornua fronte geras.

Et Catullus lib. 1. ad Varium:

Novis umbilici, lora rubra, membrana Directa plumbo, & pumice omnia aquata. Ergo membranae fuere voluminum tectoria, & quidem diversicolores: rubra, ut jam ex Catullo; nigra, ut ex Ovidio; lutea, ut Tibullus:

Lutea sed niveum involvat membrana libellum. Purpurea, ut Stat. lib. 4. Silvar.

Noster purpureus novusque charta Et binis decoratus umbilicis Liber, & c.

Ovid. lib. 1. Trist. Eleg. 1.

Nec te purpureo velent vaccinia succo. D. Hieron. in Prol. Job. Habeant qui volunt veteres libros membranis purpureis, auro argenteoque descriptos, vel unciatilibus, ut ajunt, literis onera magis exarata quam codices.

Postquam verò libri deliere esse volumina, coeperunt frontes è tabellis, purpura, auro, argenteoque tectis, ac solidis componi. Causam dat Mart. lib. 14. Epigr. 84.

Ne toga barbato facias vel penula libros, Hæc abies chartis tempora longa dabis. De colore verò lib. 3. Epigr. 2.

Et te purpura delicata velet. Lib. 8. Epigr. 72.

Nondum murice cultus. Lib. 5. Epigr. 6.

Quæ cedro decorata purpuræque Nigra pagina crevit umbilicus, Vltro purpureum petet libellum.

Tum folia etiam acclia, ut æquales essent chartarum orbe, quod primum in Sicilia factum, Isidor. scribit lib. 6. E. ymol.

Porro quod de cedro ab Ovidio dicitur, ita se habet. Cedria, seu oleum è cedro arbore expressum, ut Cassius Hemina docet apud Plin. lib. 23. cap. 13. chartis illitum, tinea ab illa arceat; unde apud Horatium:

— Speramus carmina fingi Possè linenda cedro. Mart. lib. 3. Epigr. 2.

Cedro nunc licet ambules perunctus. Aufon. ad libellum suum:

Hujus in arbitrio est seu te juvenescere cedro, Seu jubeat auris vermibus esse cibum.

De literis autem aureis, argenteis, muriceis jam sæpius dictum est, quibus libri scribebantur. Illud pro clausula appono quod libris extremis & summis appingi solitum scribit lex Aufonio Turnebus lib. 22. c. 10. Veteres, inquit, ut in calce librorum coronidem appingebant; ita, suspicior, in fronte lunulam ad ornatum designabant. Hujus suspicioris nobis causam Aufon. præbet Epigr. 26. De Professor. Burdegalens.

Quis legi à prima aductos menide libros, Doctores patriæ scito fuisse meæ. Menis autem lunula est, quæ corniculata sit; idcirco & cornua, ea ornamenta Latini vocavere. Hæc ex Hermanno Flagono, Lib. de orig. scribendi, cap. ult.

* LIBROS CONTENTNERE, NEGLIGERE, ALIIS INVIDERE.

At verò utilium librorum usum & oblectamentum, veluti quodvis aliud bonum, Christiano populo invidetur, postquam à Religione decessisset, Apostata Julianus: utpote jam Deo

A Deo exofus, cavite, ne ulli Galliarum filii (ita Chrifticolas vocabat) Poetarum, Rhetorum, aut Philofophorum fcripta legeret, aut penes fe retinere praefumeret. Rogatus caufam, hanc dedit: Quia propriis (ut eft in Proverbio) pennis vulneramur; ex noftros enim armati confcriptionibus, in nos bellum fufcipiunt. *Sozom. hift. Tripart. l. 6. c. 17.*

Duo e corvis aulicis, inter aulae ftrepitus verfabantur affidue, ut nobilitas ea folet, armorum non litterarum ftudio invigilabant. Unde cum Joan. 21. Hildesheimenfium Praeful illius muneris fufcepiffet gubernacula, dictoque fuos Nobiles de Bibliotheca interrogaret, quo otio litterario quandoque fibi vacare liceret, offenderunt ei armamentarium, & Non hic, respondent, aliam Bibliothecam requiras oportet: Ex hac enim libros defumes, quibus & hoftem a te repellas, & Epifcopatus tui jura & immunitatem conferves. Quam difpar eorum mens ab illo, qui ex libris arma & armorum jura fe didiciffe gloriabatur! *Brufch. in Epifc. German.*

Venerat ad Collegium illitatorum hominum literatus quidam: quorum Bibliothecam, quae admodum erit inftructa, nifi quod libros omnes catena undequaque vinclos detineret, dum ingreffus effet, ait:

Hand fecus ac duo fugitivos carcere fervat
Veftra catenatos Bibliotheca libros.
Quid mirum, fi nulla vigeat doctrina, colendi
Doctrina auctores hic ubi vincla gerunt?

Ex Epigram. P. Latichii.

CONTEMPTUS ET NEGLECTUS VINDICATUS

Inftans Paſche feſto, per quod noſtris hominibus veſci paubus infernentatis non eſt, concurrentibus undique ad ſolemmitatem turbis plurimis, ob onus militis impudentiam ingens ibi excitatus eſt tumultus, quo viginti millia extinctorum numerata ſunt, verſaque in lucum feſti laticis. Vix hic lucus deſiderat, cum aliud malum accidit. Qui enim ex illa turba fugientes evaleant, in publica via centefimo ab urbe ſtadio Stephanum Caſaris ſervum inter facientem aggreſſi ſunt latrocinio, omneſque ejus diriperunt facinas. Quo audito Cumanus Judae Praefes, conſellum eod miſit milites, juſtos, ut vicos loco propinquos diriperent. In hac autem populatione miles quidam libros Moſaticos in quodam vico inventos protulit, eoſque lacera vit in conſpectu omnium, multis debacchatus & in legem & in gentem totam convitiis. Hoc ubi ad Judaeos perlatum eſt, facta concuſſa, agmine magno petunt Caſaream, in qua tum Cumanus agebat, ſupplicantes, ut non ſuam, ſed laſi Numinis ulciſceretur injuriam. Tum Praefes veteris defectionem populi, de amicorum conſilio militem illum violatorem legis ſecuri ferit. *Joſeph. antiq. judaic. l. 20. c. 4.*

Alciades aliquando ingreſſus ludum, petiit a magiſtro aliter quem Homeri librum. Cumque negaret ſe nihil domi ſuae ex Homeri ſcriptis habere, inſignem ei colaphum impigit, & abiit: Tanquam plagis dignum ratus, quitam elegantis auctoris ſcripta negligeret. *Plu. in Apoph.*

* LIBRORUM SACRORUM, ET RES PIAS

TRACTANTUM LECTIO PERUTILIS.

Dummodo reverentia adhibeatur.

D Notum eſt exemplum Eouuchi Candacis Reginae Aethiopiae, qui venerat adorare in Hieruſalem: Cumque expleto pietatis officio legeret Iſaiam, a Philippo Dei juſſu miſſo, ſit repente Chriſtianus, magnamque illius regionis partem evangelica veritate imbuti. *Ag. cap. 8.*

THEODORUS medicus Conſtantinopolitanus miſerat ad D. Greg. VIII. Ep. Rom. magnam pecuniarum vim pro captivorum redemptione. Ejus liberalitatem Gregorius commendat, negligentiam interim in evolendis lacris literis reprehendit, inter cetera his verbis uius: Imperator caeli, Dominus Angelorum & hominum, pro vita tua tibi epistolae ſuas tranſmiſit, & tu illas ardentem legere negligis! Quid eſt enim Scriptura ſacra, niſi quaedam epistola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam? *D. Greg. lib. 4. Epist. Ep. 84. & lib. 6. ep. 189.*

D. BERNARDUS Abbas Clarcvallensis, dum ab opere corporali vacaret, jugiter aut orabat, aut legebat, aut meditabatur. Canonicas ſcripturas ſimpliciter ac ſeriatim libentius ac ſepius legebat, nec ullis magis, quam ipſarum verbis, eas intelligere ſe dicebat: & quicquid in eis divina ſibi elucebat veritatis aut virtutis, in prima ſibi originis ſuae fonte magis, quam in decur-

rentibus expoſitionum rivis ſapere teſtabatur. Sanctos tamen & Orthodoxos earum expoſitores humiliter legens, nequam ſenſibus eorum ſus ſenſus aequabat, ſed ſubſcribebat formandos: Non in conſellationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione & amulatione, ſed induite Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis providentiam, tam confidenter & utiliter ea uſque hodie, ſicut Apoſtolus dicit, utitur ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudicendum; & dum praedicat verbum Dei, quicquid de ea aſert in medium, ſic patens & placens eſt, & circa id, unde agitur, efficaci ad movendum, ut mirentur omnes in verbis gratiae, quae procedunt de ore ejus. *Vilhelm. Abbas in vita ejus lib. 1. c. 4.*

POLEMUS Alexandrinus in civitate ſua illuſtris & princeps, ordinique Senatori, Romam cum filio ſuo Chryſantho profectus, a Senatu Romano amice ſuſceptus, maximoque honoribus ab Imperatore Numeriano auctus, maximamque Romanorum obtinuit. Hic filium ſuum, quem diſcipulis omnibus imbuendum curaverat, philoſophorum ſtudio tradidit. Erat autem adoleſcens ingenioſus, & ad diſcendum aptiſſimus. Quante autem prudentiae fuerit, res ipſa indicabit.

Cum enim omne ſcripturam genus diligenter conquiret, incidit in libros Evangeliorum. Quibus accuratè perlectis, ſic ipſe ſecum: Tam diu te decuit, Chryſanthè, tenebrarum libros evolere, quoad lumen veritatis invenire? Non eſt autem ſapienter, non prudentis, ut a lumine ruſum ad tenebras revertaris, perderes enim labores quos ſuſcepisti, ſi laborum fructum abijceres. Eſt autem laborum fructus, qui a Deo quaerentibus datur: ſic enim praecipit Deus, quem admodum legiſti: *Quaerite & invenietis. Quomobrem, ſi quod quaſiſti atque inveniſti, reliqueris, amentibus ac ſtultis eris hominibus ſimilis. Studiosè igitur complectere, quod tuo animo eſt complectendum. Aurum invenisti, invenisti argentum, invenisti lapides pretioſos. Idcirco quaſiſti, ut reperireſ; & idcirco reperisti, ut poſſideres. Cave ſinas a te diripi, quod invenisti. Utere, fructu perimitis laborum tuorum, & vide, ne ſi es reſaceris, fruſtra conquiſiſſe atque expeſſiſſe videare. Hae cum ipſe locutus eſſet, quis eſſet divinarum ſcripturarum magiſter, & quem admodum eloquentes ac litteratos audierat, ſic cupiebat magiſtros indoctos & piſcatores invenire: Legerat enim Apoſtolum dicentem: Ubi ſapienti ubi ſcriba? invenit quifor hujus ſaeculi? Nonne ſtultum fecit Deus ſapientiam hujus mundi? Nam qui non cognovit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam praedicationis ſervos facere credentes. Hae ille cum quotidie cogitaret, & Chriſti ſervos conquiret, cuidam occurrit, qui dicebat, ſe noſſe virum Chriſtianum nomine Carporum, divinarum ſcripturarum peritiſſimum, qui propter impiam perſecutionem in montibus in ſpelunca quadam habitaret, qui locus perquam paucis notus eſſet. His gaviſus Chryſanthus, & narrans genua complexus, ſupplicat ſibi indicati locum: Dei autem providentia factum, ut eod perveniret. Cum igitur Carporum conveniſſet, paucis menſibus omnes divinas ſcripturas didicit, & in fide confirmatus, perfectus evaſit in Chriſto, adeo ut ſeptimo poſt baſiſmum ſuſceptum die, Jeſum Chriſtum Filium Dei praedicaret. *Ex Sim. Met. Sur. in vita SS. Chryſ. & Dariae mart. c. 2. Ob. 25.**

D. AUGUSTINUS divinitus in corde admonitus fuit, ut converteretur, & oborta eſt ibi ingens procella, ferens ingentem lachrymarum imbrem. Quem ut totum eſſunderet, ſurgens ab Alipio qui ejus lateri aſſexus erat, ſolitudinem petiit. Ubi ſub quadam ſici arbore ſtraſit, ſe, neſcio quomodo dimittens habenas lachrymis, unde proruperunt flumina oculorum, accepta bene Deo ſacriſcium. Et has voces miſerabiles jaſtans, dicebat: Et tu Domine inquit quomodo? Uſquequo Domine iſta carnis finem? Ne memor fueris iniquitatum noſtrarum antiquatum. Quamdiu, quamdiu, cras & cras? Quare non modo, quare non hac hora ſuis turpitudinibus meae? Dicebat haec, & ſtebat amariffime contritione cordis ſui. Et ecce audivit vocem de vicina domo cum cantu dicens, & crebro repetentis, quaſi pueri, an puelle, neſcibat: Tolle, lege, tolle, lege. Statimque pueri vultu intentiffimum cogitare cepit, utrumnam tolerent pueri in aliquo genere ludendi canitare tale aliquid; nec occurreret omnino eum uſquam audiviſſe. Repreſſo impetu lachrymarum torrens, nihil aliud interpretans divinitus ſibi juberi, niſi ut aperiret codicem, & legeret primum caput quod inveniret. Audivit enim de Antonio, quod eſt Evangelica lectione, cui forte ſuperveniret, admonitus fuerit, tanquam ſibi diceretur quod legebatur: Vade, vende omnia qua habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in caelis, & veni ſequere me; & tali oraculo ad Deum eſſe converſum. Itaque Aug-

A concito rediit ad eum locum, ubi ſedebat Alipius: ibi enim poſerat codicem Apoſtoli, cum inde ſurſeraret. Arripuit, aperuit, & legit in ſilentio capitulum, quo primum conſecti ſunt oculi ejus: Non in conſellationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione & amulatione, ſed induite Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis providentiam, tam confidenter & utiliter ea uſque hodie, ſicut Apoſtolus dicit, utitur ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudicendum; & dum praedicat verbum Dei, quicquid de ea aſert in medium, ſic patens & placens eſt, & circa id, unde agitur, efficaci ad movendum, ut mirentur omnes in verbis gratiae, quae procedunt de ore ejus. *Vilhelm. Abbas in vita ejus lib. 1. c. 4.*

POLEMUS Alexandrinus in civitate ſua illuſtris & princeps, ordinique Senatori, Romam cum filio ſuo Chryſantho profectus, a Senatu Romano amice ſuſceptus, maximoque honoribus ab Imperatore Numeriano auctus, maximamque Romanorum obtinuit. Hic filium ſuum, quem diſcipulis omnibus imbuendum curaverat, philoſophorum ſtudio tradidit. Erat autem adoleſcens ingenioſus, & ad diſcendum aptiſſimus. Quante autem prudentiae fuerit, res ipſa indicabit.

Cum enim omne ſcripturam genus diligenter conquiret, incidit in libros Evangeliorum. Quibus accuratè perlectis, ſic ipſe ſecum: Tam diu te decuit, Chryſanthè, tenebrarum libros evolere, quoad lumen veritatis invenire? Non eſt autem ſapienter, non prudentis, ut a lumine ruſum ad tenebras revertaris, perderes enim labores quos ſuſcepisti, ſi laborum fructum abijceres. Eſt autem laborum fructus, qui a Deo quaerentibus datur: ſic enim praecipit Deus, quem admodum legiſti: *Quaerite & invenietis. Quomobrem, ſi quod quaſiſti atque inveniſti, reliqueris, amentibus ac ſtultis eris hominibus ſimilis. Studiosè igitur complectere, quod tuo animo eſt complectendum. Aurum invenisti, invenisti argentum, invenisti lapides pretioſos. Idcirco quaſiſti, ut reperireſ; & idcirco reperisti, ut poſſideres. Cave ſinas a te diripi, quod invenisti. Utere, fructu perimitis laborum tuorum, & vide, ne ſi es reſaceris, fruſtra conquiſiſſe atque expeſſiſſe videare. Hae cum ipſe locutus eſſet, quis eſſet divinarum ſcripturarum magiſter, & quem admodum eloquentes ac litteratos audierat, ſic cupiebat magiſtros indoctos & piſcatores invenire: Legerat enim Apoſtolum dicentem: Ubi ſapienti ubi ſcriba? invenit quifor hujus ſaeculi? Nonne ſtultum fecit Deus ſapientiam hujus mundi? Nam qui non cognovit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam praedicationis ſervos facere credentes. Hae ille cum quotidie cogitaret, & Chriſti ſervos conquiret, cuidam occurrit, qui dicebat, ſe noſſe virum Chriſtianum nomine Carporum, divinarum ſcripturarum peritiſſimum, qui propter impiam perſecutionem in montibus in ſpelunca quadam habitaret, qui locus perquam paucis notus eſſet. His gaviſus Chryſanthus, & narrans genua complexus, ſupplicat ſibi indicati locum: Dei autem providentia factum, ut eod perveniret. Cum igitur Carporum conveniſſet, paucis menſibus omnes divinas ſcripturas didicit, & in fide confirmatus, perfectus evaſit in Chriſto, adeo ut ſeptimo poſt baſiſmum ſuſceptum die, Jeſum Chriſtum Filium Dei praedicaret. *Ex Sim. Met. Sur. in vita SS. Chryſ. & Dariae mart. c. 2. Ob. 25.**

D. AUGUSTINUS divinitus in corde admonitus fuit, ut converteretur, & oborta eſt ibi ingens procella, ferens ingentem lachrymarum imbrem. Quem ut totum eſſunderet, ſurgens ab Alipio qui ejus lateri aſſexus erat, ſolitudinem petiit. Ubi ſub quadam ſici arbore ſtraſit, ſe, neſcio quomodo dimittens habenas lachrymis, unde proruperunt flumina oculorum, accepta bene Deo ſacriſcium. Et has voces miſerabiles jaſtans, dicebat: Et tu Domine inquit quomodo? Uſquequo Domine iſta carnis finem? Ne memor fueris iniquitatum noſtrarum antiquatum. Quamdiu, quamdiu, cras & cras? Quare non modo, quare non hac hora ſuis turpitudinibus meae? Dicebat haec, & ſtebat amariffime contritione cordis ſui. Et ecce audivit vocem de vicina domo cum cantu dicens, & crebro repetentis, quaſi pueri, an puelle, neſcibat: Tolle, lege, tolle, lege. Statimque pueri vultu intentiffimum cogitare cepit, utrumnam tolerent pueri in aliquo genere ludendi canitare tale aliquid; nec occurreret omnino eum uſquam audiviſſe. Repreſſo impetu lachrymarum torrens, nihil aliud interpretans divinitus ſibi juberi, niſi ut aperiret codicem, & legeret primum caput quod inveniret. Audivit enim de Antonio, quod eſt Evangelica lectione, cui forte ſuperveniret, admonitus fuerit, tanquam ſibi diceretur quod legebatur: Vade, vende omnia qua habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in caelis, & veni ſequere me; & tali oraculo ad Deum eſſe converſum. Itaque Aug-

get imitari, noli adverſari. Reſpondit ille, adhaerere ſe ſocio tanta mercedis tantaque militiae. Etambo jam adificabant turrim ſumptu idoneo relinquedi omnia ſua & ſequendi Chriſtum. Tum Potitianus, & qui cum eo per alias partes deambulabant, quaerentes eos, devenerunt in eundem locum, & inventientes admonuerunt, ut redirent, quoniam declinaſſet dies. At illi narrato placito & propoſito ſuo, quoque modo in eſtalis voluntas orta eſſet atque firmata, petiverunt, ne ſibi moleſti eſſent, ſi adungi recuſarent. Illi autem nihilo mutati a priſtina, ſeverunt tamen, atque illiſi pie congratulati ſunt, & commendaverunt ſe orationibus eorum, & trahentes cor in terra abierunt in palatium; illi autem affigentes cor coelo manſerunt in caſa. Etambo habebant ſponſas. Quae poſtquam hoc audiverunt, dicaverunt etiam ipſae virginitatem Deo. *D. Aug. Confeſſ. l. 8. c. 6.*

S. DOMINICUS Praedicatorum parens, cum adhuc religionis Canonice novitium ageret, de antiquis ſemitis inquirebat, ut ſciret, quae eſſet via bona, ut ambularet in ea. Unde librum illum, qui Collationes Patrum ſcribitur, ſtudioſe legendum ſuſcepit, deditque operam, ut lecta intelligentia comprehenderet, affectu ſentiret, effectum & reſpoſa foriter exequeretur. Didicit enim ex eo puritatem cordis, contemplationis viam, omniumque virtutum perfectionem, idque unctioſa magiſtra. De huiusmodi enim liber ille agit. Itaque abijcens & deſpicens ſeipſum, in cordis humilitate reverentiam Canonicis & honorem exhibebat. *Theodericus de Appolda lib. 1. vita ejus, cap. 4.*

S. Ignatius Societatis Jeſu Fundator, ut prolixè in ejus vita ſcribit Petrus Ribadeneira, cum militie ſeculari doctus, lecto- que ob laſium graviter pedem affixus, codicem ſibi aliquem porrigi fallendi temporis ergo poſtulaſſet, nec alius ad manum eſſet, niſi qui vitam Chriſti & Sanctorum contineret, lectione illa ſenſim ita immutatus eſt, ut abjectis armis, mundoque contempto, totum ſe divino cultui manciparet, ac tandem viros doctiſſimos propoſiti ſui ſectatores ſibi adjunxerit, ac religionem Societ. Jeſu jam toto orbe ſparſam, a ſeſe Apoſtolica ſaepe approbatam, condiderit. *Petr. Ribad. l. 1. c. 2. vita ejus.*

IOANNES BONIFACIUS librè de reſta inſtitur. ex literis annuis Provinciae Rheni, hanc reſert hiſtoriam: Erat vir quidam exate jam conſecta, qui una cum lacte nutritus (ut ajunt) hereſim fuſerat: ad eum convertendum puer qui in ejus domo vivebat, ſepius eſt aggreſſus: ſed erroris diuturnitate corroboratum animum non inſlexit; nec tamen deſperatione fractus ab opere incepto deſtitit. Die quadam vehementiſſis & diutiſſis cum decrepito ſene dicebat: tum ſenex: Jam annos 50. hanc ſidem tenui, an eam jam demum commutabo, vitam hominellorum vivens, ea qua Paſticipi veſtri ſacerdotes ununtur? Cur quorum vitam deſector, eorum legem amplectar? Ita tum ſenex a puero diceſſit, ſed media hora poſt, divina ſine dubio vi aliqua concitatus, totus lachrymis perſuſus, ad puerum accedit, ſibi Catholicam ſidem ſua perſidia multo veritorem videri ait, hanc igitur nunc complecti ſibi conſtitutum eſſe: gaudet puer eique gratulatur, ſed quod ſidei jam ſuſcepit: ei lumen utilius acceleret, peccata ut faceret monet: quod dum ſtudioſe ſenex comparat, quin etiam ad ſacram mentiam cogitat, uxor & ipſa vetula viri ſui commutationem ſpiciens, cum ne ſine ſe errores abijcatur, rogat: quare errorum ſocia ſuſcites, verae quoque ſidei ſociam ſe eſſe velle. Reſerebat poſtea ſenex, ubi caeleſtis pater in noſtro templo exceptus fuiffet, unum ſibi ſemper in Praedicatorum ſuorum, ut vocant, concionibus vehementer diſpicuiffet, quod tantis convitiis Angelicam ſilurationem inſectarentur, cum ipſa ratio quodammodo clamaret, ejus filii, a quo tanta commoda caperemus, matrem quoque honorandam: vix itaque illorum vociferationibus induci unquam poſſiſſet, ne orationi Dominice Angelicam quoque orationem ſubjungeret: contra vero placuille ſibi ſemper libellos, quos Catholicis pleniffimos pietatis, & honorum exemplorum copia referret edidiffent; huiusmodi enim libellos frequenter ei puer ille vel a prandio vel a caena legere ſolebat: tanto vero hunc puerum poſtea amore complectebatur, ut quoniam illi modo gratularum aliquid reſerre poſſet, plurimum laboraret.

LIBROS SACROS HONORARE.

Vide Locum de Bibliis, & de Evangelio.

IN LITTERAS ET LIBROS IMPII, irrelegioſi, contemptos.

Vide hinc Tit. in loco de IMPIETATE.

A Exstat Pauli I. C. & Ulpiani responsum de exurendis libris Magicis. Imò sapienter in Ecclesia introductum, ne quis Magus recipiatur, nisi prius suos libros combusserit. Testantur id leges Honorii, & Theodosii, *L. Mathematici. C. de Episc. aud. qui sanxerunt*, ut in oculis Episcoporum Mathematici Libri exurerentur. Idem fateur *Augustinus, & Nazianz.* de Cypriano converso: & *Damasceus* de quodam Theuda, in *hystor. de Barlaam. c. 32. in fine*, de quo *Ep. Vids Locum de Magia*. Idem de Libris Astrologiae Judiciae sentiendum, esse profus abolendos: nam ejectione ex urbe astrologi, libri ipsorum flammis traditi, *Anth. Tactico lib. 17. & Dione lib. 49.* Et meminere Leges XII. Tab. magicarum imposturarum, easque jubent coerceri, quidni & libros de eis tractantes?

SACRILEGI.

Libros sacrilegos, & religionem enervantes, eliminabant olim Magistratus, & in eorum auctores animadvertabant, teste *Livio l. 29. & 40.* Cujus rei exempla reperientur apud *Val. Max. lib. 1. c. 1. Plin. lib. 13. c. 13. August. 7. de Civit. Dei. c. 34.* Atque *Edilibus* propriè munus in eos inquirendi mandatum, affirmat *Tacit. l. 4. Annal.* agens de Cremutio Cordo, & *Suet.* narrat in *August. c. 21.* quid in hoc genere Augustus adeptus Pontificum egerit.

OBSCOENI, AMATORII,

AMO VENDI.

Libros autem impudicos & obscenos amores tradentes, quod omnes probitatis nervos elidant, animosque legentium satis ex natura nostrae corruptione proclives emolliant, Vulcani conferendos, non pauca tum Ethnicorum, tum Christianorum exempla convincunt, qui sero sapientes, opera sua juvenilia detestati fuerunt, vel aliorum flammis addixerunt.

De Platone memoratur, quod quaedam opera sua familiarum abiecerit, addito hoc Homeri versu:

*Η πάρα σφόδρα κέρδι Πλάτωνος οὐκ ἔστι γὰρ ἔτι
Νῦν οὐκ ἔστιν ὕψιλον, λιβένος ἀπέδωκε Πλάτωνι.*

VIRGILIUS mortuus mandavit exuri suum carmen, forsitan propter sanctam Didonis impudicitiam: licet amici, ne id faceret, intercesserint.

Metrocles cum id in suis libris faceret, dicebat:

*Τὰ δ' ἐστὶν ὄνειρον ἑστῆσαν παρανομήματα.
Σὺντ' ἑστῆσαν ἡε ἑσθίωνων ἰμαγίνες.*

Nonnus nobilissimus Poeta Christianus, obsecra sua poemata Dionysiaci comburens, ad sacra stylum convertit.

De Pio II. diximus paulo ante.

Quin, ut hoc de Platone addamus, omnes illos sub nomine Poetarum argendos civitate censuit, qui scriptis suis velut publici turpitudinum præcones existunt. *Lib. 2. & 10. de Rep.*

M. T. CRECERIO non semel in illos invenitur, cujus verba adducit *S. August. l. 2. de Civit. c. 14.* Existimabat Ethnicus ille istiusmodi scriptis semina virtutis, divinitus naturæ insita, evelli. Et ob id Lacedæmonii, Archilochi Poetæ obscenos libros civitate eiciebant. Surenæ fortissimus Parthorum Dux, suo fratreque Romanorum exercitu, & ditissima Crassi præda potitus, magnam triumpho suo gloriam accessisse putabat, quod inter Romani militis impedimenta, Milesiacam Aristidis, liber is erat effeminatus, posset ostendere. Insultans hoc nomine Romanis tanquam mollibus, & qui ab avita virtute degenerassent. *Plut. in Crafo.*

Ipsè Plutarchus sic jubet adolescentes ad Poetarum lectionem accedere, quomodo ad convivia accedentes, ne obruantur ebrietate, amethystum collo suspendunt.

*Sed melius Ovid. de se, & similis farina:
Eloquitur inuitus, teneras nē tange Poetas,
Submovere dotes impius ipse meas.*

Vocant *Origen. & August.* hujusmodi scriptores Ranas, qui rotam olim Ægyptum divexarunt, & *Rupert. T. utiens.* vult esse ranas, quas *Joan. Apoc. 16.* vidit ascendentes de ore bestiarum. *S. Hieron.* eos appellat filiquas & glandes porcorum, quibus filius prodigus ventrem non satiabat.

Sed & S. Augustinus lib. 1. c. 16. Confess. deplorat sui temporis corruptionem, quod ejusmodi libros non audire modò, sed edicere jubentur adolescentes, eamque consuetudinem vocat flumen tartareum.

ACHILLI Episcopo olim Alexandrino fuit infame, quòd his aliquando studii fuisse oblectatus. Heliodoro verò noxium, quòd Episcopus creatus, non suppimeret quæ juvenis edide-

rat, uti superiori titulo de *Libris impiis & malis ē medioto. E. lendis*, ex Nicephoro dictum.

Laudandū igitur, quæ ea que ex calida juvenia scripserunt, postea meliori seripione compenfarunt, ut sunt, præter Nonnum, Plus II. Pontif. Laurentius Hambara, Petrus Bembo, Franciscus Petrarca, Torquatus Tassius, Petrus Ronardus, M. Ant. Moretus, & Joan. Ravif. Textor, qui suum in scribendo luxum moriens detestatus fuit, versa extemporaneo:

*Ite mali verius, animam qui perditis, ite.
Mart. ipse castre cuidam interdicit lectionem libri impudici, Lib. 3. Epigr. 86.*

*Nē legeris partem lascivii, Casta, libelli,
Prædixi & monui, tu tamen ecce legis.*

Veniarnus ad Magistros Christianorum SS. PP. Ex his *M. Felix in Dialog.* disputans adversus idololorum cultores, incidit in mentionem carminum Poetarum illorum, qui Deorum fictorum flagitia decantant: hæc habet in rem nostram: Qui petrum quantum veritati ipsi sua auctoritate nocere, Et Plato idè præclare Homerum illum inculcavit, laudatum & coronatum, de civitate, quam sermone influebat, eiecit. *In Oratio.*

ORIGENES differtens de aureo calice Babylonis apud Hieremiam, existimabat, quod Poetis multa venena propinari nobis, & inter ea venenum turpiloquii in aureo calice cultæ locutionis, Undè intelligit, de Poetis impudicis esse sermonem, ait. Idem interpretatus *c. 7. Josue*, ubi legitur Achan divino præcepto violat, cum aliis spoliis hostium regulam auream, de præda Jerichontina sursum sublatam, in tabernaculum abdidisse; legit cum *l. xx.* Interpretibus pro regula Linguam auream, & arbitratur, per eam carmina Poetarum significari, quæ alibi per aureum calicem designaverat. Arque ut ille qui linguam auream furatus in tabernaculum abscondit, sibi, domui, familieque universæ sursum paravit, sic qui aurea Poetarum lasciviorum carmina capiunt oculis, repugnant divina Leges, & sæpe conscientia reclamante, & in cordis latibulo, & in penitentialibus abducat, se, & quæ omnia, rationis, sensusque facultates pollutant, & spiritalis animæ iteritum in suum caput trahant.

S. Hieronymus defensor acerrimus pudicitiae, Pauli locum explanans, qui facientis librorum educationem, redarguit eos, qui faciunt illos comedias legere, & turpia scripta cantare. Hæc sunt ipsa verba sancti senis, in *c. 6. ad Ephes. G.* Idem *Hieronymus* incidens alicubi in altorum nomina, ex obsecrationibus portentiosissime mendacis conficta, & dolet acerbissime infantiam eorum qui celum infamare conantur, & mercedem stupri inter sydera collocare. Inter præcepta consuetudine virginitati ad Eusebium scribens ait: Quid facit cum Platerio Horatius quasi dixerit virginitati servandæ Horatius, qui multa lasciva scripsit, nocturnus est; neque convenit ullo modo cum Platerio, quod virginis manibus vendendum est continenter. *Epist. 22. ad Euseb. & in Amos. 5.*

Addam conclusionis loco sanctissimum, maximeque necessarium Concilii Tridentini decretum. Putant enim SS. Patres illi, huic malo jam latè per libros serpenti, adhibendum esse remedium. Est igitur Indicis regula 7. Libri qui res lascivas, seu obscenas ex professo tractant, narrat, aut docent, cum non solum fidei, sed & morum, qui hujusmodi librorum lectione faciliè corrumpi solent, ratio habenda sit, omnibus prohibentur, & qui eos haberint, severè ab Episcopis puniantur. Quamquam autem inferius idem Concilium, Ethnicorum libros, ob linguæ puritatem, permittit; arceat tamen ab eorum lectione adolecentes, scholeisque extriniam.

Requiratur Locus de Dedicatore, & Improbitate, T. in Ignominia Libraria. Ibi, Libri interditi, exusti, & c. Item Locus de Magia, ubi de Libris & Auctoribus eorum agitur.

* LIBRI HÆRETICORUM, ALIQUE

RELIGIONI CONTRARIIS, EXURENDI.

Si sermo hominum improborum voce prolatus, ut cancer serpit, multò magis id præhaberi scriptis aut editis; sic enim omnium manibus verfabitur, omnium auribus excipietur, & mentium revolvetur. Undè ut eam lucem & Republicæ bene constituta eliminaret Antiquitas, Libros omnes qui impietatem aliquam adversus Religionem, & Deorum cultum docerent, extriniam censuenerunt: eamque etiam cobibendam judicavit Ecclesia sub gravibus censuris, eoque non legi tantum, sed & promiscue haberi vetuit. Hæreticis rem istam adstruamus. Ac primum quidem

ETHNICORUM.

Protagoræ Athei libris publicè in foro exustos docet *Philoftra. in Sophist. idæe* Atheniensium decreto factum *Cicero* fateatur *lib. 1. de nat. eorum.*

Romæ exustos medio foro libros Religionem enervantes, refert *Livius lib. 10. & Val. Max. lib. 1. c. 1.* & Numæ quidem decreto Senatui, ex *Farrone S. August. scribit.*

Atque hinc Plato libros omnes examinandos, priusquam luce donentur, docet, ne forte quid Religionis aut moribus contrarium continerent. *Lib. 7. de Republ. Legatur D. Aug. l. 7. de Civit. cap. 34. & 35.*

CHRISTIANORUM.

Clem. lib. 1. Constit. Apostol. c. 7. tradit, Apostolos initio prohibuisse fidelibus Libros Gentilium, & salorum Deorum, & Prophetarum.

Scribit quoque *Euseb. l. 7. c. 6.* Dionysium Episcopum Alexandrinum, qui floruit circa annum ect. a fidelibus reprehensum, quòd libros hæreticorum legeret.

Consequente postea tempore crevit zelus fidelium contra libros hæreticorum; nam Nicænum Concilium Libros Arii Bigni adjudicavit, ut *Nicæph. testatur l. 8. c. 18.* & Constantinus id executioni mandari iussit, proposita pena captis, si quis Libros Arii occulasset, ut patet ex epistola ejus apud *Socrat. l. 1. c. 6. & Nicæph. l. 8. c. 25.*

Scribit etiam *Socrat. lib. 1. c. 24.* Marcellum Anycranum damnatum fuisse, quòd libros suorum errorum comburere nolisset; non enim recipiebantur ad penitentiam hæretici, nisi prius libros suos combussissent.

Circa eadem tempora Epiphanius in Synodo Cypri coacta venit libros Origenis legit, *Socrat. lib. 6. cap. 9. hystor.* refert, & Concilium Carthagenis *IV. can. 16.* permittit solis Episcopis, ut tempore necessitatis libros hæreticorum legant.

Non diu postea, cum Nestorii hæresis in Concilio Ephesino damnata fuisset, libri quoque Nestori in eodem Concilio interditi fuerit, & a Theodosio Imper. exuri iussit, ut *Libertus refert c. 10. Breviarii, & extat adhuc Lex Theodosii, l. damnata, c. de hæreticis.*

Circa idem tempus prodit Lex Honorii & Theodosii, qua jubentur Mathematici omnes suos libros, in quibus aliquid est adversum Catholicam religionem, in oculis Episcoporum creto, *L. Mathematici. C. de Episcopali auidientia.*

Pari ratione in Conc. Chalcedonensi damnantur libri Eurychetis, & ab Imperatoribus Valentiniano & Martiano severa lege prohibentur, ne ullus eos legere, aut habere audeat, sed omnes diligentissime quæstus crementur, ut patet ex *Concil. Chalcedon. Act. 7.* & ex ipsa lege, quæ adhuc extat *L. Quicumque, §. Nulli, & §. Omnes, c. de hæreticis.*

Eodem tempore *B. Leo in epist. 91. ad Turbinum, cap. 15. & 16.* interdixit lectionem librorum hæreticorum quorundam, & addidit, eos Episcopos, qui eos in domibus fidelium haberent, hæreticos censendos.

Paulo post Gelasius in Concil. Lxx. Episcoporum, ut habet *dist. 1. c. can. S. Romana*, proposuit indicem hæreticorum, quorum libros a fidelibus vitandos esse dicit.

Postmodum in V. Synodo damnato Anthymo, damnantur etiam ejus libri, & Justinianus Imp. gravem penam statuit, nimirum amputationis manuum, in eos qui ejusmodi Libros describunt, ac justè ubique comburi: habetur hæc constitutio in *1. act. Synodi V. & Novellii, const. 42.*

B. Greg. lib. 14. Moralium, cap. 32. refert, iussu Tiberii Imperatoris, crematum librum Eurychi, quem ipse Gregorius hæreticus convicerat.

In VIIletian Synodo, *Act. 5.* interdumantur & comburi jubentur libri Hæreticorum, & *can. 9.* excommunicantur, qui libros hæreticorum legant.

Concilium Constantiense *sess. 8.* confirmat decretum Concilii Romani, quo interdita fuerat lectio librorum Joannis Vviclefi.

Denique Concil. Tridentinum, Indicem librorum hæreticorum fieri iussit, quos libri cavendi & exurendi essent.

Ex quo apparet, semper eandem fuisse consuetudinem in Ecclesia. Accedit etiam in argumentum hujus rei, quòd nulli ferè extant Libri veterum hæreticorum; quomodo enim evanuerunt tot volumina Valentini, Marcionis, Arii, Eunomii, Nestorii, Pelagii, & aliorum, quibus SS. Patres respondent? quam quòd fideles Ecclesie decrevit auculantes, quæ erant de abstinentia de libris hæreticorum, nunquam eo honore illos affectendos existimaverint, ut vel eos alpicerent, tantum abest, ut intra domum suam admitterent. Certè cum ducenti

hæresiarum numerentur à temporibus Christi, paucissima eorum scripta sub aspectum veniunt. Quin jam olim eorundem memoria intercidisset, si non à Catholicis Doctoribus subinde in lucem prodissent, & dum ab iis reserantur, ea occasione scripta eorumdem adducuntur.

ALIA EXEMPLA ILLORUM QUI LIBROS HÆRETICOS, ET RELIGIONI ADVERSANTES EXTIRPARUNT.

Magna severitate prohibiti sunt olim libri Eunomiani ab Imp. Theodosio. Codices sanè eorum seclerum omnium doctrinam ac materiam continentes, inquit Theodof. Imp. summa sagacitate mox quæri ac prodi exerta auctoritate mandamus, sub aspectibus indicantium mox cremandos. Ex quibus, si qui fortè aliquid qualibet occasione vel fraude occulasse, nec prodidisse convincitur, sciat se velut noxiorum codicum, & malefici crimine conscriptorum retentorem, capite esse plectendum. *L. 16. Cod. Theod. lib. 16.*

De libris Manichæorum interditi & proscripti, hæc *D. Prosper.* Hoc tempore, inquit, plurimos Manichæos intra urbem latere diligentia Papæ Leonis innotuit, qui eos de lecretis suis erutos, & oculis totius Ecclesie publicatos, omnem dogmatis sui turpitudinem & damnear fecit & proderet, incensis eorum codicibus, quorum magne moles fuerunt interceptæ. Quæ cura viro sancto divinitus, ut apparet, inspirata, non solum Romæ urbi, sed etiam universo orbi plurimum profuit: siquidem confessionibus in Urbe eorum, qui Doctores eorum, qui Episcopi, quive Presbyteri, in quibus Provinciis vel civitatibus degerent, profectum est; multaque Orientalium partium sacerdotum industriam Apostolici Rectoris imitati sunt. *D. Prosp. in Chron.*

Cum libri Thalmudici, non solum conammas & blasphemias in Christum multas & execrabiles; verum etiam blasphemias & præcepta plurima contra ipsam quam Judæi profitentur, legem Moysis, & contra omne jus gentium; atque omnia naturæ decreta continent, vilius est summis Pontificibus, alisque Christianæ Reip. Principibus, inquit S. Senensis, ut tam nefariæ doctrinæ lectio atque usus omnibus Judæis, qui sub ditione Christianorum vivunt, interdiceretur, & omnes libri Thalmudici toto Christianorum orbem ignibus traderentur: quòd etiam sæpè factum esse nonnulli fide digni scriptores testantur, inter quos *Bernard. Luxemburg. in Catalogo heret. l. 2.* refert, Gregorium Pontificem ejus nominis nonum, anno Dom. m. cc. xxx. omnia Thalmudica volumina flammis adjudicasse: atque idem iterum fuisse Innocentium Papam ejus nominis quartum anno facti. *nostræ m. cc. xlv.* Rursum eadem volumina à Judæis inflaturata fuissent, & auxilio artis impressoriae in infinitum penè numerum propagata, Julius Papa III. novo iudicio, promulgato inquit iussit, & anno m. d. lxx. cum festa Tabernaculorum à Judæis Septembri mense celebrarentur, per omnes Italiciæ urbes exuri, Paulus Papa IV. una cum sacrosancto Rom. Inquisitionis senatu, an. m. d. lxx. rursum idem fieri iussit, & Thalmudicos libros inter scripta ab Ecclesia Cathol. damnata annuacari voluit. *Sixt. Sen. 2. Bibli. & Tar. Greg. l. 1. de jure prohibendi lib. malos, c. 16.*

Dedit Adrian. VI. elegantes litteras contra Libros & scripta Lutheri ad Bambergenses, quibus eos monet, ut ab illis sibi sollicitè caveant, nec ulla ratione in urbe sua vendantur, excudi, aut legi permittant. Refert eam, & curribus glosis more suo illustrat *M. Luth. Tom. 2. Operum.*

Eriam Ord. Imperii an. 1523. eadem sanxerunt Noribergæ, ad hoc credendum pessimam Lutheri doctrinam, ut undique libri ipsius extirpentur: Quod edictum ubi Lutherus accepit, brevem super eo Commentariolum ad ipsos Principes illius auctores dedit.

An. 1540. Carol. V. Imp. vulgavit edictum in Belgio adversus libros hæreticorum, quod refertur apud *Cochl. de act. Luth.*

Libros Zvinglii, Helvetii orthodoxi veterunt, & in cineres redegerunt; super qua re ipse valde conquestus, *ep. 12. ad P. Helv. Tom. 1.* Ac magis furit, quod Lutherus ipse scripta sua aboleret. Extat querela hæc ad Principes Hassiæ & Saxoniæ silentio prætereundum insignè factum Francisci Ximæni Archiepiscopi Toletani, qui Mahometanæ perditæ extirpandæ in regno Granatensi, alique Hispaniæ locis intentus, in id quoque diligenter incubuit, ut libri, quibus superstitio illa tradebatur, abolerentur. Aliquis ergo (sive Mauri sacrorum Antiflutes nominant) ad omnia obsecra eo tempore exhibenda prompsit, inquit *Alvarus Gomezus*, Alchotanos, id est, sue superstitionis gravissimos libros, & omnes conjucum.

A cujusque auctoris & generis essent, Mahumetanae impietatis codices, facillime sine edicto, aut vi, ut in publicum adducerentur, imperavit. Quinque millia voluminum sunt ferme congregata, quae variis umbilicis, Punica arte & opere distincta, auro etiam & argento exornata, non oculos modo, sed animos quoque spectantium rapiebant. Multi eis se donari a Ximeno peterunt, sed nemini quidquam concessum est: ignibus omnia, publica in pyra, ad unum exusta, praeterquam aliquot ad rem medicam pertinentia, cujus generis illa non sine magno profectu studiosissima semper fuit, quae propter saluberrimam artis dignitatem ex incendio illo liberata in Bibliotheca Complutensi nunc servantur. *Alvarus Gomezius lib. 2. de reb. gest. Fr. Ximen. apud Gretser. li. 1. c. 16.*

Memorable hujus rei exemplum scribit Stanislaus Rejcius, in vita Magni Osi Cardinalis, ad huc adolescentis, & in Academia Cracoviensi studiorum gratia tum agentis. Si quos ipse pestilentes ejus generis libros, qui per Lutheranae factionis administratos, ad perniciem hominum comparandam spargebantur, conquirere & habere potuisset, Vulcano omnes illic corrigendos offerebat. Cum igitur Osius etiam adolescentulus Cracoviae literis operam daret, Fabianus Cema adolescens nobili loco & familia in Prussia natus, & Ofio domestica familiaritate conjunctissimus, qui non aequè, ut ille, à rebus novis abhorrebat, & blasphemos Lutheranae factionis libellos, Germanica praesertim lingua scriptos, non gravatim lecitabat, in acutam aliquando febris incidit. Cujus vicem cum Ofius dolo, officium consolantium & libenter & studiosè praestabat, ac saepe ad lectulum decumbentis affidebat. Quodam ergo die sub capite jacentis quandam libellum aspexit, quem cum in manu accepisset, & haereticum esse cognovisset: Haec est, inquit, ista febris, quae te adeò graviter excruciat. Tu malum hoc ipse tibi sciens & volens accersis, dum istas pestes non solum in animum, sed & in lectulum tuum recipis. Quamobrem si febrim à corpore tuo cupis propulsare, prius ab animo tuo blasphemiarum studium, & omnem haereticorum collivium à tua consuetudine quam citissime remove: nec dubites, quin te statim febris acerbitas deserat, & corporis sanitas remota peste consequatur: ac ita libellum flammis ulticibus obiect. Postridie verò cum ad visitandum amicum reversus esset, à febris relicto illo ipso tempore invenit, quo libellum ignibus exurendum tradiderat. *Stanislaus de vita Stanislaus Offii, lib. 1. cap. 5.*

QUAM PERNICIOSA LECTIO LIBRORUM

HAERETICORUM.

Sub Venceslao Bohemiae Rege perdidit Hussitarum infania ortum habuit. Rexerat scholam Pragensem ubique in ea tempora Teutones, id molestissimum Bohemis fuit, & Ecce quibus vir quidam Nobilis ex domo, quam Putridi piscis vocant apud Oxoniam Angliae civitatem studens, cum Joann. Viclefii libros offendisset, quibus de realibus univertalibus titulus inscribitur, magnopere illis oblectatus, exemplaria secum attulit, inter quae de Jure civili, deque divino, de Ecclesia, de diversis quaestionibus contra clerum, pleraque volumina, veluti pretiosum thesaurum, patriae suae intulit, imbutus jam ipse Viclephitarum veneno, & ad nocendum paratus, tum quod erat familiae suae cognomen, putidum piscem, id est, festidum virus in cives suos evomit. Commodavit autem scripta quae attulerat, his potissime qui Teutonicorum odio tenebantur. Inter quos omnes Joannes eminuit obscuro loco natus, ex villa Hús, quod antem significat, cognomen tum mutans. Hic avidè admodum doctrinam Viclephitarum arripuit. Et in concionibus suis multa de libris Viclephi in medium attulit, afferens in eis omnem veritatem contineri, adiciensque crebrò inter praedicandum, se postquam ex hac luce migraret, in ea loca proficisci cupere, ad quae Viclephi anima pervenisset. *Encyc. Syst. lib. de Orig. Bohemor. c. 37. Gabr. Prateol. tom. 2. hist. & in Elencho haer. lib. 8. Concil. Constantinens.*

Lectioe librorum haereticorum tetrum factorem animo adfari, adeò verum est, ut sancti viri hanc graveolentiam aliquando ipsis etiam corporeis sensibus perceperint. Illustre hujus rei exemplum suppeditat nobis vita Sancti Pachomii, qui cum Anachoretas quosdam Origenis haereticos hospitio accepisset, & una cum illis de divinis literis sermocerari cepisset, factor intolerabilis erupit. Illis digressis, Pachomius volens scire causam terrae illius odoris, Deum oravit, & statim cognovit, quòd erant dogmata impuritatis, quae ex eorum anima emissa tantam adferebant molestiam; & non cuncta-

tus, viros est profectus. Quos cum esset affectus, dixit eis: Volo unum verbum ex vobis sciscitari. Illi verò dixerunt, Dic. Origenis, qui dicitur, vos opera legitis? Illi verò cum hoc audissent, negarunt, dicentes: Nequaquam. Sanctus autem dixit: Ecce restor vobis coram Deo, quòd omnis homo, qui legit Origenem, & suscipit ejus dogmata, descendit in profundum inferorum, & ejus haereticus erant tenebrae exteriores. Ego autem sum vobis protestatus id, quòd est à Domino mihi significatum, & sum innocens; vos videlicet. Ecce ad divinos veritatem. Si autem mihi crederetis, volentes fore Deum esse vobis propitium, accipite omnes libros Origenis, & projicite in fluvium. *Simeon Metaphr. in vita S. Pachom. apud Surius 14. die Maii.*

Quantum damni sibi procreet, qui libros haereticos domi suae retinet, hoc exemplo luceat. Ita igitur Ioan. Moschus in praeo spirituali c. 46. Accessimus ad Abbatem Cyriacum presbyterum Laurae Calamonis iuxta sanctum Jordanem, narravitque nobis, dicens: Die quadam vidi per somnum mulierem honesta facie, purpura induta; & cum ea viros duos, & ipsos venerando habitu, & aspectu praecioso. Arbitraris autem fuit mulierem illam esse Dominam nostram sanctam Dei genitricem, eosque qui cum ea erant, duos viros, sanctum Joannem Baptistam, & sanctum Joannem Theologum & Evangelistam. Egrediente de cellula, orabant illam, ut ingrederetur. Quae non consentit. Permansit ergo diutius orans & obsecrans, ac dicens: Ne, quòlo, avertatur humilis factus confusus, & alia plurima hujusmodi. Illa igitur, ut me videri instare precibus, eandemque postulationem iterare, severius mihi respondit, dicens: Habes intra cellam tuam inimicum meum, & vis ut ingrediar? Et his dictis abscessit. Evigilans autem ego affligi cepti, & cogitabam, num aliquod in mente peccatum contra illam admisissem; neque enim erat alius aliquis in cella mea, nisi ego solus. Diutius igitur meipsum discutiens, nihil inveni, quod in illam peccaverim. Cum verò vidissem me nimio dolore absorberi, surgens accipere librum, ut legerem, quo per hujusmodi lectionem, dolorem unà cogitationeque repellerem. Librum autem ipsum accepere manui à B. Hefichio presbytero Hierosolymitano Ecclesiae, evolventeque librum, inveni duos impii Nestorii libros in suis voluminibus scriptos. Moxque agnovi, hunc esse sanctae Dominae nostrae Dei genitricis semperque Virginis Mariae inimicum. Tunc surgens abili, librumque illi qui mihi eum accommodaverat, reddidi, dicens illi: Accipe librum tuum, frater; neque enim ex eo tantum utilitatis cepi, quantum detrimenti. Cum verò ille detrimenti ipsius causam sciscitaretur, omnem illi rei ordinem restitit. Qui zelo Dei succensus, protinus duos illos Nestorii libros ex volumine praecidit, coque igni tradidit, dicens: Non manebit in cella mea Dominæ nostrae, sanctae Dei genitricis semperque Virginis Mariae inimicus. *Baron. tom. 5. Annal. ad ann. Dom. 429. 23.*

POENA IMPEDIENTUM, QUOMINUS

LIBRI IMPII, ET HAERETICORUM COMBURANTUR.

Vidi ipse Archiepiscopus in Gallia partibus, virum literatum & nobilem; circa quem talis vindicta neri Dei contigit. Devotissimus in Principibus Rex Franciae Ludovicus, anno cicerit ab incarnatione Domini m. cc. xxxix. instigante Fratre Henrico dicto de Colonia, Ordini Praedicatorum praedicatoris peroptimo, sub poena mortis congregari fecit Parisiis nefandissimum librum Judaeorum, in quo blasphemiae contra Christum, & matrem ejus locis plurimis erant scriptae. Hujus itaque libri diversa exemplaria ad comburendum Parisiis allata sunt. Flentes ergo Judaei adierunt Archiepiscopum, qui Regis Consiliarius summus erat, & pecuniam ei pro conservatione librorum innumerabilem obtulerunt. Qua corruptus Regem adiit, & ad voluntatem suam juvenem animum mox invertit. Redditus ergo libris, Judaei solennem diem ad constitutum omni anno, sed in vanum, aliud spiritus Dei ordinant. Revolutio enim anno, die certo, & ipso loco, quo libri execrabiles redditi sunt Judaeis, hoc est in Vincennis prope Parisios, dictas Archiepiscopus ad consultationem Regis veniens, diro viscerum dolore correptus est, & eadem die cum ejulatu maximo vitae finem accepit. Fugit autem Rex de loco cum tota familia, nimirum veritus, ne cum Archiepiscopo divinitus feriretur. Nec multò post, ut prius, instigante dicto Fratre Henrico, Judaeorum libri congregati sunt sub mortis poena; & in maxima multitudine sunt combusti. Nota autem lectio, quòd

A quòd omnes Orientales Judaei haereticos, & excommunicatos reputant hos Judaeos, qui contra legem Moysi & Prophetas hunc librum, qui Thalmud dicitur, recipiunt & conscribunt; & tamen Archiepiscopus legis Christianae defendebat; quòd illi cessat in malum. *T. Hom. Apum lib. 1. c. 3. p. 7.*

REVELATIONE DOCEAT AD QUOS SPECTET LECTIO HORUM LIBRORUM.

Dionysius Alexandrinus caelesti oraculo jussus est haereticorum libros legere, & eodem quoque testimonio idoneus ad hoc praestandum indicatus est. De quo sic Eusebius ex ipso Dionysio, tertiam epistolam de Baptismate, quam dedit ad Philemonem Presbyterum Romanum: Equidem tametsi haereticorum libros, & traditiones perlegeram, & meum ipsius animum ad tempus celestissimis eorum opinionibus quòd animo inquinari videbam; hoc tamen ab illis capiebam commodi, ut non modò eos interiore animi cogitatione condemnarem ac resellerem, sed multò vehementius in posterum detestarer. Ac cum quidam ex numero presbyterorum me veterat deterrere quae a legendo, ne turpi pravitate, & perverse eorum doctrinae contaminaret (meam enim mentem errorum labe pollui afferret) cumque vera, meo quòd iudicio, diceret, visio quadam caelestis ad me demissa me confirmavit, & vox ad aures delapsa manifestò praecipit ad hunc modum: Omnes libros, quos lamis in manus, evolve scilicet: Nam satis habes virium, & firmitatis ad quaeque non convincenda, tibi exploranda. Atque haec causetar, cur initio ad fidem Christi vocatus fueris. Visionem utpotè ritè consentientem voci Apostolicae, sic ad potentiores dicens: Omnia probate; & quòd bonum est, tenete; jubens equidem approbavi. Hunc ego canonem ac typum à B. Heraclio Papa nostro accepit. Ab haereticis enim venientes, licet ab Ecclesia defecerint, imò non defecerunt, sed cum illa se egisse putarunt, proditos verò, quòd ad quandam aliena doctrinam accesserint, ab Ecclesia repulsi, nec admitti, nec orantes quidem, nisi publicè cuncta, quae audissent ab adversariis, exposuissent; ac tum demum collegit eos, non petens, ut denuò baptizentur: Etenim jam antea Spiritum sanctum fuerant ab eo consecrati, & c. *Eusebius Caesar. lib. 7. histor. Eccles. cap. 6.*

LIBRI HAERETICI AB IPSISMET HAERETICIS INTERDICTI.

Inter articulos Heidelbergensium, & Anhaltinorum, primus est iste: Lutheri scripta simpliciter demandanda, & abroganda esse. Et articulus decimus quintus mandat, ut Lutheri parvus Catechismus ex Ecclesia Dei exterminetur. Hoc honore dignantur avi sui scripta Calvinista, non obstante, quòd in lib. Concordia, omnia Lutheri scripta didactica simul ac plemica canonizata sunt, ut loquitur Georg. Sob. Minister Calvinian. in disput. de multip. sent. Corp. Christi, thes. 16. Libros Illyrici in Saxonia & Misnia vetitos, aut saltem, ne veterentur, periclitatos fuisse, testatur demum illa Illyrici verba, partim querelae, partim impudentiae plenissima, quibus Augustum Electorem affatur: Hoc munusculum, inquit, solummodo peto, ne patiaris illic malos contra innocentes, constantique Doctores fuisse, neve nostros illos libellos tanquam seditiosos finat condemnari, & c. Equidem non patiar, mea pia, & innocens scripta pro seditiosis damnari, & c. Sic ille Epist. ad Aug. Epist. Elect. Basileae in carcere conjectos esse duos typographos, quòd libellos Germanicos Caroli ad illuc excederant, scribit Erasmi lib. 19. epist. ad Melanch. De eo sic Lutherus: Ex Basilea scribunt amici, Typographos Caroli ad illuc carcere fuisse punitos, & parum abfuisse, quin libri ejus fuissent exusti. *Tom. 2. epist. ad Spalart. fol. 269.* Calvin verò de Libertinorum, & Anabaptistarum quorundam libris sic ait: Exilium, nemini non esse persequendum, quàm sint fugiendi tales libri, infecti opinionibus adeò fanaticis. *Instru. contra Libert. c. 24.* Lutheri iudicium de libris Erasmi est tale: Erasmi libri valde sunt venenati, post mortem meam interdiciam meis libris, ne legant ejus colloquia; quia in illis loquitur, & docet multa impia sub peregrinis, & fictis nominibus, & perionis, ut ex proposito oppugnet Ecclesiam, & fidem Christianam. *In serm. Synopsiac. tit. de Scholasticis.* De iisdem Erasmi libris ita Julius Scaliger: Humani generis odio flagrare videris, qui praeter te unum probes nihil. Num

Porphyrium te vocabo? at noti sunt sanctissimis Collegiis Erii commentarii, quorum impietatem omnibus suffragis damnarunt, quorum labe ut expurgaretur, medius Luce foris, suggerente etiam populo ignem, publicè comburunt. *Orat. contra Cicer. Erasmi.*

* LIBROS HAERETICORUM EXTIRPANDOS, ETIAMSI SINT MAGNI VALORIS.

Libri quorum mentio fit in Actis Apostolorum cap. 19. dicuntur concessisse pretium denariorum quinquaginta millium, sive ut Syrus vertit, Et ascendit pretium ad argenti quinque myriades. Tam multi, ut modò Augustinus observat, incensi sunt libri, ut pertinere ad scriptum estimationem eorum facere, & summam pretii conscribere. *Vatablus post Budaem lib. 5. de asse, & alii, aestimant valorem nostratum aureorum quinquies mille. Sunt tamen, qui existimant, librorum illorum pretium majus fuisse, eò quòd essent magici, notisque magicas continerent, quae in pretio erant apud Gentem illam superstitiosam.*

Fuit Liber cujus titulus Romantius Rosa, impurus, & obscenus, quem Ioan. Gerson Cancell. Parisiensis ita perstringit: Si, inquit, & mihi is liber esset, & unicus quidem, qui mille libris, sive quingentis aureis veniret, malim comburere, quam publicetur. *Recess. Ioan. Lorin. in Acta Apost. c. 19. vers. 19.*

* LIBROS BONOS A MALIS AUCTORIBUS SCRIPTOS, ETIAM TOLLENDOS.

Plato in Crat. dicit, Libros bonos celestiorum hominum, Graecorum lege tollendos esse, ut hac ratione memoria illorum oblitteretur. Idèque non absque ratione Ecclesia Catholicorum manibus eripit libros haereticorum, etiam si argumenta tractent indifferentia, ne honore, qui illis non debetur, affici videantur, dum eorum opera tenentur: ut quid enim veritas ab hostibus veritatis suscipiatur? Nonne Christus & Apostoli prohibebant de monibus vera dicere, *Inoc. 4. & Act. 14.* ne scilicet per illa fidem sibi acquirerent, & ita etiam iisdem crederetur quoad falsa?

Narrat Gellius l. 18. cap. 18. Apud Lacedaemonios, cum de G summa Reipublice ageretur, vir quidam disertus, sed improbus, optimam dixit sententiam: quae cum placeret omnibus, & juxta eam decretum faciendum omnes judicarent, neque vellent, ut iustissimum decretum ab imputo ore profectum auctoris improbitate fœderetur, electus est vir illis, qui eam sententiam pronuntiaret, & velut ex ore illius decretum fieret, atque publicaretur.

LIBROS TRANSCRIBERE, QUI ID PRAESTITERINT.

Donec ars Typographica latuit, maxima fides scriptorum & transcriptentium libros, leges, documenta publica, requirebatur: tum ut nihil detraheretur, vel adderetur, tum etiam ut veritatem non communicarent. Tantaque vel in scribis librorum, vel rescriptoribus legum, & constitutionum, fides & ars cum diligentia desiderabatur, ut non immeritò Infinitum, dignum existimaverit functione, cavere de scripturis illorum in legibus, ut ex integro, & sine signis, & notis fierent. *In lib. 1. §. nostram autem consummat. de veteri jure enclan. C.* Laudatur Origenes, quòd plures libros sua manu transcripserit, idque verè, & sine immutatione, sed maxime libros H Patrum, & sacrae Theologiae.

Ed autem & scribae erant laudabiliores, quò libros sanctiores, & plures transcripserunt; quòd miraculo comprobatum fuisse, memini me legisse apud Caesarium, cum tradit, in Arinsberch. monast. Ord. Praemonstrat. scriptorem quandam fuisse Richardum nomine, natione Anglum, qui plurimos libros in eodem Caenobio manu propria conscripserat, mercedem sui laboris praestolatus in caelis. Et huic, cum fuisset sepultus, post viginti annos in ejus sepulchro manum dexteram tam integram tamque vividam fuisse repertam, ac si de corpore animato recenter fuisset praefecta, reliqua carne in pulverem redacta. In cuius miraculi testimonium, ait, dictam manum in monasterio reservari. Egent certè maxima scriptoris vel Typographi fide libri sacra paginae, in quibus etiam unus apex vel iota non debet esse sine effectu.

* Vide locum de Summa.

A LIBROS IMPRIMERE.

Pere ex loco de Typographia.

LIBRI FAMOSI.

sive DIFFAMATORII.

QUI, ET QUIBUS LICITI.

Libelli famosi vocantur scripta quaecumque, sive metro, sive prosa, quae perulant in famam nomenque alicujus invehunt; etque in genere detractionum pessima, nec potest viro probo major inferri injuria, quam nomen ejus palam proficendi, scriptisque duraturis ignominiosè tractari.

Scribuntur autem vel expresso nomine auctoris, vel alieno, vel commentitio, uti nuper Liber sub nomine Euphorionis Luzinini, in quo omnes penè Principes vapulant, citra tamen gravem contumeliam: Imò etiam suppresso, uti fit in nupero libello, qui pridem titulo Coronæ Regis prodit, adversus Jacobum magnæ Britanniae Regem. Ipsi etiam qui iisdem scriptis calumnia, & injuriis afficiuntur, vel expresso nomine adducuntur in scenam, vel substituto in locum proprii nominis appellativo, aut composito, sic tamen, ut facile à pluribus cognoscatur, quam personam referat aut involvat.

Apud Grecos improba horum libellorum erat licentia: ut apud quos usitatum, cuiusvis nomen, & existimationem in profcenium producere, & in quovis probos carmina profusa jacere. Hinc juvenes larvati per compita impudè discurrebant: Comedi indomita insolentia in obvium, quemque convicia jaciebant, nec Diis, nec hominibus parcetes.

Eho quòd populares, & seditiosi in Republica notarentur; quod tamen prudentius, & efficacius à Censore, quam à Poeta factum fuisset: tamen ed venit injuriandi libido, ut viri cujuscumque ordinis forent, improborum hominum, quales communiter sunt, qui in scenam prodeunt, aut saltem vilium nulliusque nominis aut existimationis, judicis & censura subicerentur. Sic ut etiam Pericles, qui maxima auctoritate sua civitati domi fortisque praefuerat, versibus violaretur.

VETITI, POENISQUE ET LEGIBUS VINDICATI.

Severi fuerunt Decemviri, & vehementes in puniendis libellis famosis, quibus quis nomen alterius profcinderet, vel traduceret. Ita ut in legibus XII. Tab. decreverint: Si quis acitaverit, sive carmen condiderit, quod infamiam flagitiumve alteri preceperit, capite punitor. Sanc cum per paucas res capite sanxissent Leges Decemvirales, in his poenam hanc sancendam putaverunt.

Enimverò judicis, ut dicebat African. in libro Cic. de Republica ac magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam habere debemus, non Poetarum ingenis: nec probum audire, nisi ea lege, ut audire liceat, & judicio defendere.

Merninit ejusdem Decreti Decemvitalis Arnobius lib. 4. cont. Gen. Carmen iniquis, malum conficere, quo fama alterius coinquinetur, & vita, Decemvitalibus scitis evadere noluisse impunè, &c.

De his etiam luculentè Cic. lib. 4. T. 9. Quest. Declarant, inquit, XII. Tabulae, condij tam solum esse carmen, quod ne liceret ad alterius injuriam, sanxerunt Leges.

Pipian. L. Cornel. §. si quis librum de injur. dicit: Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolevo malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine, ut de ea re agere liceret, voluit Senatus, & quis condemnatus sit, qui id fecit, lege interstabilis esse jubetur.

Idem Pipianus L. is cui, §. si quis, de Testam. Si quis, inquit, ob carmen famosum damnatur, S. C. expressum est, ut sit interstabilis; unde nec testamentum condere poterit, nec ad illud testis adhiberi.

Extat de ea re hæc quoque Caji interpretatio L. cum lege, de Testam. Cum lege quis interstabilis esse jubetur, eò pertinet, ne ejus testimonium recipiatur, & eò amplius, ut putant quidam, ne ipsi dicatur testimonium. Ex his verbis colligere possumus, nec restat esse posse, nec testamentum fa-

tere, sed & nec ex aliorum testamentis quicquam capere. E Quomodo enim hereditatem testamentò relictam contingeretur, nisi subsidio alieni testimonii? atqui id eadem est. Et sanè dignus est, ut qui alium turpiter infamare studuit, ipse non modò infamis fiat, sed & (quod longè gravius est) interstabilis. Ergo facer atque interstabilis esto. Sic intelligimus, quid illud sit, quantumque valeat, quod Accadius respondit, ob carmen famosum damnatum, interstabilem fieri. Porro Ulpianus adjicit, eadem poena ex Senatus consulto teneri etiam eum, qui scripturam aliunde quid sine scriptura in notam aliquorum produxerit: item qui emendatum vendendumve curaverit. Quo verò tempore, aut quo auctore factum sit illud Senatusconsultum, certe adfirmare non possum, nisi si Augusto, vel Tyberio adscribas. Illud certum est, annis ccc. xxx. post Augustum editum esse acerbis quoddam Valentiniani Valentisq; edictum, ut qui quocumque loco famosum libellum inveniret, nec statim contraperit, sed alicui patefecerit, capitali supplicio coerceretur.

Sic in hoc genere sanctio XII. Tab. post annos septingentes, & septuaginta, non modò confirmata est, sed etiam aucta atque producta. Adeo vita est publica utilitas inde emergere, ut loquitur Ulpianus.

Si quis plures requirat Cæsarium leges de famosis libellis, quæ in Justiniani Codice defiderantur, extant Libro nono in regri Codicis Theodosiani. Ubi & Constantini Imperatoris, ejusque filii Constantini Constitutiones leguntur, ne quis libello famoso notatus veniat eo nomine in aliquod periculum, aut vita, aut famæ. Nam & (inquit Constantinus Imp.) innocens potius creditur, cui desuit accusator, cum non defuerit inimicus.

Sed & Plutarchus ad 20077. scribit, Thurionum legibus cautum fuisse, in Comedias taxantur cives, præterquam adulteri, & curiosi. Leges verò duodecim Tabul. quarum supra meminimus, illustrat ipse Horatius, cum illam scitrem, & nimium disolutam veteris apud Grecos Comædiæ licentiam, sicuti & illam apud Romanos aliquando Fescenninam, lege lata coercitam fuisse, & coercere debuisse, est in initium fortasse, cum nondum excederet modum, tolerabile esse poterit, multis locis ostendit. Locos describam, erunt enim veluti commentarii ad legis XII. Tab. Lib. I. Sermonum.

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque Poete, Atque alii, quorum Comædia prisca virorum est, Si quis erat ad dignum describi, quod malus, aut fur, Aut machus foret, aut scarius, aut aliqui Famosi: multa cum libertate notabant.

Idem in arte Poetica: Succesit vetus his Comædia non sine mulen Laude, sed in vitium libertas incidit, & vim Dignam lege regi. Lex est accepta, chorilque Turpiter obtinuit, sublato jure nocendi. Idem lib. 2. Epist. ad Augustum, loquens de Fescenninaveterum petulantia: Libertasque recurrentes accepta per annos Luste amabiliter, donec jam sevis aperta, In rabiem verti cepit jocus, & per honestas Ire domos imponeat. Dolere crevit Dense læcessit, fuit insidialis quoque cura Conditiore super communi, quin etiam lex Pernaque lata, malo que nolle carmine quenquam Describi. Fervere modum formidine suspis Ad bene dicendum, delebandumque Poetae.

Huc quoque pertinet, quod significat in Trebatio Jurisconsulti prudenter admonitum fuisse his verbis: Sed tamen ut monitis carere, ne fortis negoti Incuriat tibi quid sanctorum infamia Legum. Si mala condiderit in quem quis carmina, læcessit Inducimque.

Non possum hac in re vel graves auctores citare, vel melioribus uti interpretibus. Certe hæc XII. Tab. legem secutus Augustus videtur, cum judicium de libellis famosis non minus vehementer, quam Majestatis esse voluit. Sic enim Corn. Tacitus lib. 1. scribit, eum legem Majestatis reduxisse, ut non solum facta arguerentur, sed & dicta: primumque cognitionem facti famosis libellis, specie legis ejus tractasse, commotum Cæsi Severi libidine, qua viros feminaeque illustres proca-cibus scriptis infamaverat.

Porro & veteribus Ecclesie Christiane Synodis fuisse hæc rem curæ palam est. Nam & Elberinum Concilium in Hispania graviter damnare famosos libellos notum est. Lib-

A Liberalitas.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Liberalitas, Gr. εὐδαιμονία, εὐδαιμόνεια, liberalis dicitur. Hebr. Nedhabab, magnificentia, liberalitas: proprie sumitur pro eo, quod pili spontè Deo dicant, & tribuunt, vel quod confertur in sacrificium, & in pium usum, nulla legis obligatione, neque voto aliquo. Ps. 54. vers. penult. & 119. 107. Nadhab, liberalis, munificus, & Nedebim, liberales, munifici, cognominantur Magistratus, & Principes divites. Exod. 35. 5. 22. Ps. 113. v. penult. Prov. 19. Psal. 47. vers. ult. Esai. 32. 8. à verbo Nadhab, Munificus & spontaneum fecit, promptum reddidit, sumptus liberales fecit. Hinc per metathesin literarum δωδαιμονία, expendo liberaliter, δωδαιμόνεια, liberalis. In 4. conjug. Hebr. Hidnadab, spontè dedit. Definitur autem liberalitas ab Aristotele, virtus quæ moderatur amorem pecuniæ, & redditus non faciles, & promptos ad eas expendendas, quando ratio dicitur, ut rectè docet ex 3. eodem lib. 4. Ethic. c. 1. S. Thom. 2. 2. art. 2. & 3.

Pecuniam autem vocamus non solum nummos, sed omnia quorum pretium pecunia metitur. Cùm namque cupiditas in homine fit maximum vitium, oportuit, per aliquam virtutem ejus rigorem moderari.

Liberalitas autem à voce liber deducitur, quòd nempe qui hanc virtutem habet, liberius utatur suis bonis, quam illi qui tenacitatis compede illa irretitur; unde & disciplina liberales, quasi libero homine dignæ.

CIRCA QUID VERSETUR, ET ILLUS MODUS.

Liberalitas immediate versatur circa æstimationem, & affectum divitiarum, utriusque modum ponendo, & faciendo eas amari in suo gradu: mediatur verò circa earumdem usum, tollendo impedimentum, scilicet amorem earumdem, & inclinando ad eas erogandas certo modo, ut nempe libenter, & hilariter largiatur, inritu affectus, aut vitæ socialis: non quia egent, aut illis debeas quidquam ratione beneficii accepti, quia hoc aut misericordiam foret, aut gratitudinis, non liberalitatis.

Igitur objectum materiale, & immediatum hujus virtutis, sive materia proxima, est cupiditas pecuniæ, cui modum imponere, est ultimus illius finis: unde consequenter modus hic objectum formale: erogatio verò pecuniæ, mediaturum ponitur. Ita Lessus lib. 2. c. 47. dub. 8. de Jur. & Jus.

ENCOMIA, ET COMMENDATIO.

Liberalitate nihil est nature hominis accommodatius, sed habet multas cautiones. Videndum est enim primum, ne obset benignitas, & iis ipsis, quibus videtur benignè fieri, & ceteris: Nam qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, non benefici, neque liberales, sed perniciosi judicandi sunt. Deinde ne major sit benignitas, quam facultas, nam qui benigniores esse volunt, quam res patitur, primum in eo peccant, quòd injuriosi sunt in proximis, primum in eo peccant, quòd non tam natura liberales, videre etiam liceat inductos, ut benefici videantur, facere multa, quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, quam à voluntate. Tum illud unum considerandum est, ut pro dignitate cujusque tribuatur; in quo mores erunt spectandi ejus, in quem beneficium confertur. Cic. 1. Offic.

Danda est opera, ut iis beneficiis quamplurimos afficiamus, quorum liberis posteritque prodatur memoria. 2. Offic. Liberalitas qui utitur, benevolentiam sibi conciliant, & (quod appetitissimum est ad quietè vivendum) charitatem. De Finib.

Bene præcepit Ennius, ut quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia: Non prohibere aquam profluentem: Pati ab igne capere ignem: Si quis velit consilium, fidele deliberanti dare; quæ sunt utilia qui accipiunt, danti non molesta. Cuius verus non padebit subterfere:

Homo qui erranti comiter monstrat ad viam, Quasi lumen de suo lumine accendat, facit Venerabilis in ista luce, cum illi accenderit.

VITIA OPPPOSITA.

Liberalitati opponuntur duo vitia extrema, Avaritia, & Liberitas. De avar. vit. Human. Tom. IV.

Prodigalitas, sive profusio. Avaritia, quæ Aristot. dicitur adopia, quia res illibeta, homineque libero indigna, excedit in æstimatione, & amore divitiarum, & consequenter in illis nimium retinendis, aut nimia anxietate conquiritur: unde & αλογογία Grecis à studio plus habendi appellatur, & opponitur liberalitati per defectum; estque mortale peccatum, quando ob consequendas vel retinendas divitias paratus quis est aliquod præceptum violare oblians sub mortali.

Profusio avaritia, Aristoteli, quæ per excessum opponitur in erogandis opibus, vel etiam per defectum in conservandis, est vitium quo datur plus, quam oportet, & quibus, ac quando non oportet.

DE LIBERALITATE JUDICIA, ET APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

Bion semper dicebat, esse optabilius suam messem alteri largiri, quam alienam decerpere. Sensit, felicius esse dare, quam accipere. Laert. 1. 4. Diogenes, cum à Platone petisset paululum vini, simulque caricas, Plato misit lagenam plenam vino. Cui Cynicus hunc in modum gratias egit: Cùm interrogaris, quot sint duo & duo: respondes, viginti. Ita non secundum ea, quæ rogaris, das, nec ad ea, quæ interrogaris, respondes. Laert. 1. 6. c. 2.

Aristoteles cuidam increpanti, quòd homini malo dedisset elemosynam: Non mores, inquit, sed hominem commiseratus sum, etiam improbis in necessitate succurrit vir bonus. Debetur enim hoc officium, si non meritis illius, qui juvatur, certè natura: Et bonus fieri potest, qui malus est. Laert. 1. 5. c. 1.

DEMOSTHENES, interrogatus, quid Deo simile haberent homines: respondit, Benignè facere. Max. ferm. 9. XENOPHON dicere solebat, multo præclarus ac laudabilis esse beneficiorum, quam trophæorum multitudinem post se relinquere. Stob. ferm. 46.

ARCELAUS, quum Appellem Chium agrum invisens, etiam egere sensisset, post die revisit illum, decem drachmas secum adferens, & proximè assidens: Hic nihil est, inquit, præter Empedoclis elementa. Deinde sub cervicali cana deposuit drachmas, ab ancilla paulò post repertas. Tunc Cæger: Hic est, inquit, Arcefilai ludus. Eras. lib. 6. Apoph. Plut.

AGESILAUS sibi multò jucundius esse dicebat, si milites suos ditaret, quam si ditaret ipse. Plut. in Laer. Apoph.

ANAXILAS interrogatus olim, quid in tyrannide omnium esset felicissimum? respondit, in conferendis beneficiis nunquam vincì. Stob. ferm. 46.

TIMANDRIDAS, quum peregrinationem suscepisset, familie procurationem filio delegavit. Deinde reverens, postquam rem multis partibus audierat reperisset, quam antea fuisset, multos dixit ab illo Deos, & familiares atque hospites injuriis affectos. Etenim quæ in facultatibus superant, ea in illos à liberis civibus erogati, Verum dum, inquit, in his vivis actus, pauper atque egenus videris: At quum etivis defungis, opes, & divitiæ rei familiaris deprehente turpitudinem tuam appetent. Eliau. lib. 1. 4. de Var. bist.

CYRUS, cum quidam ad eum misisset ornamenta multa, ea distribuit amicis. Quodam verò quærente, cur sibi nihil reliquisset? Quia, inquit, corpus meum his omnibus ornari non potest: amicos autem his ipsis ornatos intuens, maximum mihi ipsi ornamentum apud esse putabo. Max. ferm. 6. H

ARTAXERXES Longimanus dicere solebat: Regalius esse addere, quam adimere. Sentiens, principe dignus esse, honores & opes eorum quibus imperant, augere potius, quam imminuere. Plut. in reg. Apoph.

DIONYSIUS senior, quum ad filium ingressus confexisset vasculorum aureorum, & argenteorum magnam vim, exclamans: Non est, inquit, in te regius animus, qui his pocalis, quæ à me tam multa accepisti, neminem tibi amicum feceris. Sentiens, absque civium benevolentia regnum nec parari, nec teneri. Benevolentiam verò maxime conciliat liberalitas. Ut juvenis, rerum imperitus, putabatur esse felicius habere argentum, & aurum, quam amicos. Plut. in Apoph.

DIONYSIUS Junior, quum læpè pecuniam Platoni daret, atque is nunquam acciperet, Aristippus, qui aderat: Tutò, inquit, liberalis, & munificus est Dionysius. Bruff. 1. 21.

Cùm Satibarzanes Artaxerxis à cubiculo, quiddam minus justum ab eo peteret, sentiretque rex illum hoc facere sollicitatum triginta Daricorum millibus, quæstori grati sui mandavit, ut Daricorum triginta millia ad eum deferret, eaque dedit.